

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iudex siue iudicium ar
cum fonte primo

Nichil adeo gloriose lucet
in iudice sicut amare et exhibere
iusticiam sine omni acceptione
persone.

Teste enim Cicerone prouerbialiter
dicitur: Exiit personam iudicis
quisquis amicum induit.
Equitas cui iudex obsequitur
sinistram odii uel amoris
dextram nescit. Nam talis debet
esse iuris minister ut in eius manu
nullius auctoritate persone titubet aut
uacillet libra iusticie.

Petrus Rauennas in quadam epistola.

←

Apud antiquos,
teste Cicerone, proverbialiter
dicebatur: «Exiit personam iudicis,
quisquis amicum induit.»
Aequitas enim, cui iudex obsequitur,
sinistram odii uel amoris
dextram nescit. Talis debet
esse minister iuris, ut in eius manu
nullius auctoritate personae titubet aut
uacillet libra iustitiae.

Magni quidem Alexandri causa in
castrensi iudicio a commilitonibus ejus
abjecto terrore damnata est.
Nominatissimus eloquentiae doctor
Pythagoras in causa, quam habebat erga
discipulum suum, sententiam postulabat
instanter, ejus tamen petitio audita non
est. Nec terror Alexandri, nec auctoritas
Pythagorae iustitiae lancem ab aequitate
potuit declinare.

Nihil adeo gloriose lucet
in principe, sicut amare et exhibere
iustitiam sine omni acceptione
personae.

→

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 95 (PL 207,
col.302A-C).